# RACCOLTA
## DE'
# PRIVILEGJ, DUCALI, GIUDIZJ, DECRETI, E TERMINAZIONI

*CONCERNENTI*

L' ESENZIONI, IMMUNITA', GIURISDIZIONI, E BENEMERENZE

*DELLE QUADRE, E COMUNI PRIVILEGIATI*

DI

# NAVE, REZZATO, GAVARDO, ROVATO, GUSSAGO,

*E COMUNI*

DI

# MONTECHIARO, CARPENEDOLO, GHEDI, MALPAGA, ED OSPITALETTO.

*DIVISA IN DUE PARTI,*

La prima de' Privilegj Comuni, la seconda de' Particolari.

*Con li suoi Indici facilissimi per ritrovarsi qualunque Materia.*

IN BRESCIA CIↃ IↃ CC XLIV.

Dalle Stampe di Giam-Batista Bossino

*Con la Facoltà de' Superiori.*

# INDICE
## DE' SOLI CAPITOLI
### Contenuti nel presente Volume.
## PARTE PRIMA.

CAP. I.

Privilegj più speciosi concessi dalla Serenis. Veneta Repubblica alle Quadre, e Comuni consorti Privilegiati, co' quali vengono chiamati alla condizione delle Valli Trompia, e Sabbia. 1

Privilegj concessi alle Valli Trompia, e Sabbia da Pandolfo Malatesta. 15

Altri concessi alle medesime Valli dalla Serenissima Repubblica Veneta. 18

CAP. II.

Sono esenti le Quadre Privilegiate d' alloggiar Gente d' Armi, e di contribuir Strami, Carri, e Vastadori. 65

CAP. III.

Esenzione circa li Dazj Generali, e Dazio per Oglio de' Venazzoli. 87

CAP. IV.

Esenzione del Dazio Grosso degli Animali, e Bollo delle Bestie. 90

CAP. V.

Restauramenti delle Mura della Città di Brescia. 121

CAP. VI.

Esenzione dell' Imbotado, ed estrazione de Biade, Vini, e Fieni dal Territorio, ed altri Luoghi ec. 123

CAP. VII.

Esenzione del Dazio de' Quadrelli, Coppi, e Tavelle. 163

CAP. VIII.

Poter condur, e ricondur alle parti di Trento, Valcamonica, e Riviera ec. qualunque Robe senza pagamento di Dazio, Pedaggio, o Gabella, se non in Riviera; come pure non pagar Dazio della Stadella di Verona, del Scorta Lago di Garda, e del Tolomeo di Malcesine. 166

CAP IX.

Estrazione di Biade, Vini, ed altro dalla Riviera di Salò senza alcun pagamento di Dazio, o Aggravio. 184

CAP. X.

Esenzione del Dazio del Bollo delli Pesi, e delle Misure. 191

CAP. XI.

Contribuzione di Biava in Città. 196

CAP. XII.

Libero transito per la Rocca d' Anfo. 199

CAP. XIII.

Esenzione del Dazio, o sia Imposizione sopra gl' Istromenti, e Testamenti. 205

CAP. XIV.

Non tenuti li Comuni ad impedir Contrabandi. 211

Governo de' Comuni. ivi

Non tenuti li medesimi ad arrestar Rei Inquisiti, e Proclamati. 227

Del proceder contro Reggenti de' Comuni. 230

Non siano molestati li Reggenti de' Comuni per debiti Pubblici. 234

Della direzione, e governo delle Scuole, e Luoghi Pii del Territorio. ivi

ac Præcessorum vestrorum, quibus aperte colligimus integerrimam ipsorum omnium fidem, & optimas, & fidelissimas operationes in fluctuationibus nostris, & præsertim in præterita ultima novitate, & fluctuatione in qua opressa, & obsessa fuit Brixia, & tunc Hostibus nostris, animos eorum, & oblationes, & gesta fidelissima pro commodo, & salute istius nostræ Civitatis, perspecta, & bene cognita habuistis. Quamobrem nobis profecto oblata est causa, ut illis supplicationibus suis annueremus, & ita facere intendimus, & deliberamus, sed per modum, quo alii Subditi nostri non advertant, & similia quærant, & occurrant impetrare. Nolumus enim in præsentiarum sua Privilegia confirmare, sed bene volumus, & ita vobis expresse mandamus, quod secretum fiat, quantum fieri poterit, ne ad reliquorum notitiam perveniat, Quatenus dictæ Quadræ nullam innovitatem, novitatem, aut molestiam faciatis, sed in omnibus bene tractetis, & tractari deberetis, quemadmodum tractabantur ante proximam præteritam novitatem, ipsam juxta eorum consuetudines, & Privilegia. Has autem nostras in actis vestri Regiminis ad futurorum memoriam registrari faciatis.

Dat. in nostro Duc. Pallatio die 5. mensis Junii Indict. 12. 1449.

## Confermazione de' Privilegj delle Quadre di Nave, e Gavardo.

1449. 14. Novembre.

FRanciscus Foscari Dei Gratia Dux Venetiarum etc. Nobilibus, et Sapientibus Viris Gerardo Dandulo de suo Mandato Potestati, et Christophoro Donato Capitaneo Brixiæ, et Successoribus suis fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum. Sub die quinto mensis Junii proxime elapsi scripsimus vobis, vestrisque Successoribus ad devotam, et humilem Supplicationem fidelium subditorum nostrorum Communium, et Hominum Quadrarum Gavardi, et Navis Territorii nostri Brixiensis propter eorum ferventem devotionem, constantissimam fidem, et optimas operationes pro honore, et commodo Status nostri, ac pro salute, et conservatione illius Civitatis in fluctuationibus, et periculis præteritis præsertim in ejus ultima oppressione ab ipsis effectibus demonstratas, sicut ex Literis vestris, et Successorum vestrorum clare, et aperte præcepimus, quatenus dictis Quadris nullam innovitatem, ac molestiam faceretis; sed eos in omnibus bene tractetis, et tractare faceretis, quæmadmodum tractabantur ante proximam novitatem præteritam, juxta eorum consuetudines, et Privilegia, sicut in illis Literis nostris distinctius continetur; Nunc autem ad reiteratam ipsorum fidelium nostrorum Communium, et Hominum Quadrarum Gavardi, et Navis supplicationem, et instantiam ad majorem eorum certitudinem utque eos intelligant, illam fuisse, et esse constantem intentionem nostram has Literas nostras vobis, et Successoribus vestris reiteratam decrevimus; Volentes, et mandantes, ut ipsos fideles nostros, sicut eorum fides, et bene gesta merentur, gratiose, et humane tractetis, et tractari faciatis, ipsosque in eorum consuetudinibus, et Privilegiis, quæ habebant ante proximam præteritam ultimam novitatem conservetis, sicut in dictis Literis nostris datis die quinta Junii præteriti continetur; Quas iterum confirmamus, nec illis contraveniatis. Has autem Literas ad futurorum memoriam registrari, et registratas ipsis nostris fidelibus restitui faciatis.

Dat. in Nostro Duc. Pallatio die 14. Novembris Indictione 13. 1449.

## Sentenza, ovvero Limitazione delle Quadre di Gussago, e Rovato.

1450. 26. Gennajo.

GIrardus Dandulo Potestas, & Christophorus Donato Capitaneus Brixiæ, & Districtus pro Illustrifs. & Serenifs. Duc. Dom. Venetiarum. Composuerunt, & conventionem nobiscum nuper fecerunt Nuncii, & Oratores Communium Franciæcurtæ videlicet, Quadrarum Rovadi, & Gussaghi districtus Brixiæ, & ipsa Communia, quorum nomina sunt hæc, Rovadum cum Cocalio, Herbuscum, Cazzaghum, Calinum, Bornatum, Paternum, Passiranum, Camignonum cum suis pertinentiis. Gussagum, Cellatica, Roncum, Rotingum, Sajanum, Brionum, Homis, Polavenum, Monticellum, Provesium, Provalium, Valensanum, Castegnatum cum suis pertinentiis. Nosque vigore arbitrii nobis concessi per Literas Ducales datas 30. men-

sis Octobris, ac 12. Decembris proxime pręteritorum 1449. et in executione ipsarum Literarum Ducalium hujusmodi compositionem, et conventionem acceptavimus, ratificavimus, et approbavimus nomine, et vice prælibati Illustriss. Duc. Dominii nostri in omnibus, et per omnia pro ut infra.

Quia ipsis Communibus, et Hominibus per præsentes remisimus, et remittimus omnia Datia Panis, Vini, et Carnium in dictis Locis, et pertinentiis usitata, nec non Imbotaturas ipsarum Bladi, Lini, Fœni, Leguminum, Olei, atque Vini, et omnes alias Imbotaturas eorum, a modo usque in perpetuum, sicut, et quemadmodum alias habere solebant, hoc per expressum pacto, et declaratione, quod ubi tunc pro ipsis solvere solebant de Limitatione Cameræ Ducalis nostræ Brixiæ Libras quatuormille planetarum singulo anno nunc, et de cetero perpetuo limitata sint, et solvere teneantur prælibatæ Cameræ Duc. singulis annis perpetuis Libras tres mille quingentas planet. in tribus terminis cujuslibet anni, quorum primus sit, et esse debeat per totum mensem Aprilis proximum futurum, secundus per totum mensem Augusti proximum secuturum, et tertius per totum mensem Decembris proximum subsecuturum, et sic singulo anno futuro de tempore in tempus. Addentes, et specifice declarantes, quod Datia generalia cum omnibus suis juribus reservata sint, et esse intelligantur insolidum prælibatæ Camerę, et quod dictis pecuniis solutis, nec non in dictis terminis. Nichilominus hujusmodi compositio, et Limitatio firma remaneat in perpetuum, hoc etiam addito, quod in exemptionibus, et limitationibus prędictis sint, et esse intelligantur omnes fructus, et redditus, qui ab ipsis Hominibus de Franciacurta colligerentur, seu colligi facerent super quibuscumque Possessionibus, quę per ipsos, aut per suos Laboratores extra eorum Territorium, et qui conduceretur ad ipsorum Terras, intelligendo solummodo de Possessionibus, quę de pręsenti laborantur. Declarantes, quod ab hujusmodi solutione limitationis Datiorum Imbotatus pręservati sint, et esse intelligantur illi Cives Brixię, qui se bene gesserunt in novitatibus pręteritis actis contra hanc Civitatem, quam quoscumque, & singulos Spectab. & Generosos Dominos Rectores Terrarum nostri Illustriss. Duc. Dom. ad quos spectat, seu in futurum spectare poterit, attente rogamus Vicariis, Officialibus, Fidelibus, et Subditis eisdem percipiendo. Mandamus quatenus conventionem, & compositionem prędictam placeant, velint, et debeant observare, et inviolabiliter observari facere. In quorum fidem, et omnium robur, ac testimonium pręsentes fieri jussimus, et Sigilli nostri Sancti Marci impressione muniri.

Dat. Brixię die 26. Januarii 1450.

Extracta ex Regist. Scaccato Magnificę Duc. Camerę Brixię fol. 116.

Joannes de Belgranico Coad.
præf. Duc. Camerę.

Parte presa nel' Eccelso Consiglio di Dieci, che li Privilegj, Concessioni, e Promissioni ec. concessi alli Comuni, non possino rivocarsi senza l' Ordine dell' Eccelso Consiglio medesimo.

1450. 27. Febbrajo.

CUm captam sit in Consilio isto, quod Privilegia, Promissiones, & Concessiones factæ Communibus nostris debeant observari sub pœna, quod nemo possit contrafacere, & licet intentio ordinis prædicti fuerit observandi, & observari faciendi, ut solummodo Privilegia, concessiones, & promissiones quæ fiunt, quando Dominia Civitatum acquirantur, & tamen quia quotidie dictus ordo quęritur ampliari ad illas concessiones, quas de tempore in tempus Dominium concedit, ad beneplacitum, & ad istam causam multa tedia insurgunt. Vadit Pars, quod dicto ordini addant istam Clausulam, quod omnes Concessiones, Privilegia, & Promissiones, quas nostra Dominatio fecit, & concessit Communibus, & Locis in prima acceptatione, idest quando prima vice venerunt ad petenda ea de gratia; illa talia prima Capitula, Concessiones, & Promissiones, tam per Privilegium, vel Patentibus, Literis a nostro Dominio, illa prima vice impetraverunt subjaceant ordinis istius Consilii 1444. de mense Junii scilicet, quod non possint revocari, nisi per Scripturam, & ordines prædicti Consilii, alias autem Concessiones, & Privilegia, quod post primas Concessiones, Pacta, seu Privilegia, quod de tempore in tempus concessa fuerunt, de quibus oriretur

D

defe-